

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

De Tertia imagine vitae actiuæ, & contemplatiuæ. Cap. xvj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

^{1. Reg. 1.} ^{2.} ^{vit in perpetuum infecūdam derelinquat, sed vt in-}
^{terim, dum tempus est, lātā, & quietam reddat. Di-}
^{cit itaque illi: Anna cur fles? & quare non comedis?}
^{& quamobrem affligitur cor tuum? Numquid non}
^{ego melior tibi sum, quām decem filij? O efficax ani-}
^{māe consolatio! Nam si Deum possidet, si eius con-}
^{specū gaudet, si sponsi amore, atque alloquo per-}
^{fruitur, nō est cur ex absentiā filiorum se tristitia, &}
^{meriore cōficit. Non solum quia melius est Deum,}
^{salutem utique, & vitā animā possidere, quām sine}
^{possessione Dei, in animo tepido, & propriā salutis}
^{oblito dēcē, imō, & innumerōs filios generare. Nam}
^{quid prodest homini si vniuersum mundum lucre-}
^{tur, animā vero suā detrimentum patiatur? Verū}
^{etiam, quia anima Deum possidens, & intellectu, at-}
^{que affectu iugiter sua creatori inhārens, sine dubio}
^{non erit sterlīs, sed aut rationis efficacia, aut sancti-}
^{tatis exemplo, aut (si ad id vocata sit) doctriṇā verbo}
^{filios edet, liberis Phenēnā, hoc est, animā tepida,}
^{atque distractā, potiores. Iam ergo hac consolatio-}
^{ne animata, faciat, quod Anna, & speret in Domino,}
^{quia cum minūs putauerit, filios ex spōso cōcipiet.}

Quidnam fecit Anna? Prīmō quidē surrexit, post-
^{quam comedērat, & biberat in Silo. Comedat igitur}
^{& virtutum pane se reficiat, bibat, & aqua compunctionis}
^{se saciat, imō & vino doloris peccatorum se}
^{inebriat. Nec timeat obiurgationem Heli, tepidi sa-}
^{cerdotis, qui cōsiderauit eam temulentam, & dixit:}
^{Visque ebria eris: digere paulisper vinū, quo ma-}
^{des.] Hanc, inquam, reprehensionē non timeat, quia hāc ebrietā ex vino cōpunctionis procedens, summa sobrietas est; & vetē se poterit excusare. Nequā-}
<sup>quā, Domine mi, nā anima infelix nimis ego sum, vinūq; delectationis mundanā, & omne quod in-
^{ebriare poteat, non bibi, sed effudi animā meā in}
^{conspicū Domini.] Deinde hoc pane, & vino refe-}
^{cta, surgat, mundana deflerens, & creaturā affectus,}
^{& cogitationes abiiciens, ingrediatur templū cordis}
<sup>sui, & ore ad Dominum fles largiter, & ex multitudine doloris, ac māroris, ita loquatur. Domine exer-
^{citūmus, si respiciens videris afflictionē famula tuā,}
<sup>& recordatus mei fueris, nec oblitus ancillā tuā, de-
^{risque seruā tua sexum virilem, frustrā scilicet}
^{animarum, quā verē & ex animo se ad vitā virtutis}
<sup>conuertant: Dabo eum Domino omnibus diebus vi-
^{ta eius.] Neque hunc filium meis viribus, aut labori}
^{ascrībam: Notacula, inquam, non ascēdet super cap-}
^{ut eius, quia opus huiusmodi ad inanem gloriā non}
^{referam. Hac oratione, zelo animarum accēfa se fieri}
^{filiorum matrem, & proximorum adiutricē effla-}
^{gitet. Recordabitur profēcētō eius Dominus, & post}
<sup>circulum dierum, cūm scilicet iam erit tempus con-
^{cipiendi, & pariendi (nam omnia tempus habent)}
^{concipt ex spōso verbum efficax, & validum, &}
^{pariet filium, vocabitque nomen eius Samuel, eo}
^{quōd à Domino postulāset eum.] Quidnam hoc,}
^{quōd ista anima vocat filium Samuelē, id est, postu-}
^{latum, vel positum à Deo: Nisi quōd verbum suum}
^{implens, & debitam fidelitatem Deo seruans, fructū}
^{animarum, non sibi tribuit, sed Deo intentione sin-}
^{cerissima ascribit: Vocat enim cum postulatum, quia}
^{non industria tantum sua eum genuit, sed à Domino}
^{orando, flendo, & postulando promeruit.}</sup></sup></sup></sup></sup>

Hāc igitur duæ vxores Helcanā, duas vitas, actiūā, & contemplatiūam, iam aliquantulum proficiētes, nondum tamen perfectas, significant. Proficiētes quidē, quia illa generat filios, & non sine fructu, & animarum emolumento laborat: hāc verē gemit, & talis est, vt filium à Deo impetrēt, & sociā conuicta sine indignatione sustineat. Sed nōdū perfecta sunt:

A quia actiūā, suo labore extero, & nō anōri interno, nec precibus, proximorum salutem arrogat, & contemplatiūa, nec dum sāculo mortua est, siquidē aliorum obmurmurationib⁹ impedita, non æquani mīter sustinet, sed prē tristitia dolet, & ingemiscit. Hoc tamen non mirum esse alicui debet, quia omnia tēpus habent. Veniet sane tempus cum iniuriarū nullam rationem habebit, cūm sp̄ diuinæ promissionis erēta & cœleſtib⁹ consolationib⁹ satiata, optimè in illam quadribat. Et vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati: illa namque vñiformitas vultū, non se amplius in diuersa mutantur (vt Rupertus ait) nihil aliud est, quām identitas cogitationum, & valde intenta earundem perseverantia precum. Hęc facit, vt & iniurias imperfectorum contemnat, & obmurmurations in se iphis confidentium irrideat.

^{1. Reg. 1.}
^{18.}
^{Ruper. 3.}
^{in cant. n.}
^{illud c. 4.}
^{Valvera-}
^{bis cor}
^{meum,}
^{&c.}

De tertia imagine vita actiūā, &

contemplatiūa.

CAPVT XVI.

EERTIA imago vita actiūā, ex duabus vxoribus Iacob, filiab⁹ ſequiſe Labā, Lia, & Rachele, defumitur. Habebat enim Labā, vt ſacra narrat Historia, duas filias, nomen maioris Lia, minor vero appellabatur Rachel: sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & veniuto aspectu.] Iltarum illa prior, qua laboriosa vel fatigatam ſonat, vitā in actione poſitam innuit. Nam, & labor in actione eſt, & qui curarū onore premitur, moleſtiis, & ſollicitudinibus fatigatur. Hāc verē, qua ouem, vel paſce-tem, vel viſum principium ſignificat (vt placuit Beatiſsimi Cyprīaco, & Gregorio) vitam prefert in contemplatione conſtitutam. Nam ſicut ouis māſueta, ſimplicitate gaudet, caleti doctrina paſcitur, atque verbi diuini cōſideratione perſtruitur. Quod hiſ verbiſ docuit Gregorius. Has vtrāque (ſcilicet vitas) ſi ut & ante nos dictum eſt, duæ beati Iacob mulieres ſignauerunt. Lia videlicet, & Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa, Rachel verē, ouis, vel viſum principium. Actiūā autē vita laboriosa eſt, quia deſudat in opere, cōtemplatiūa verē ſimplex, ad ſolum viſedū principium anhelat, videlicet iſum qui ait: Ego ſum principiū, propter quod, & loquor vobis.] Licet autem dixerimus vitam cōtemplatiūā, tempore, & dignitate eſſe maiorem, non mirum, ſi nūc actiūā per Liam maiorem ſororem, & cōtemplatiūa per Rachelem minorem ſignetur; quia poſt humani generis laſpūm, vita actioni dedita in quocumq; viro iusto maior, id eſt prior eſt, quām vita cōtemplatiūa diuini addiēta. Vnde reſtē Beda: Prier eſt in eruditōne hominis labore boni operis, quām requies contemplationis. Seruuit Iacob pro Rachele ſeptem annis nulla facta mētione Lia, qui pauci illi videbātur, p̄ amoris magnitudine. Quia licet vir iustus opera iuſtitiae diligat, & occupationes vitę actiūā nō reſpuat, non tamē hāc propter femiſiplam expedit, ſed beneficio illius ad puritatē animi, ad quietem mentis, & ad Dei contemplationem venire cōcupiſcit. Nec mirum eſt, quōd ingens labore pro coniugio huius vitę ſuceptus, leuis, & nullius momēti videatur, quia amor vehemens, quo iustus Dei cōtemplationem, id eſt, verā ſapientiam amplectitur, aſſum laboris temperat, & ſenſum moleſtie occurrentis euacuat. Quid mirariſ (inquit Richardus de Sancto Victore) ſecundum magnitudinem pulchritudinis, erat magnitudo dilectionis. Certe, ſi in laude ſapiētiae aliquid tentare voluerō, minus erit quātūcumq;

^{Gene. 29.}
^{16.}

^{Cyp. de}
^{card. ope.}
^{Chri. in}
^{prefat.}

^{Greg. bō.}
^{14. in E-}
^{zach.}

^{Ioan. 8.}
^{25.}

^{Beda in}
^{Genes. 29.}

^{Richar.}
^{Bentam.}
^{zitior. c.}

Sapiet. 7.
29.

dixero. Quid enim sapientia ardentius diligitur? dulcior possidetur? Eius decor omnem superat pulchritudinem, eius dulcor omnem excedit suavitatem. Est enim (vt ait quidam) speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem, luci comparata inuenitur prior. Hanc amavi, & exquisivi à iuuentute mea, & quæsumi sp̄s̄lam mihi eam assumere, & amator factus sum forme illius.] Tantus amor, tanta dilectio, tantum diuinæ cognitionis desideriū, quidni labores mortificationis, & bonorum operum tēperet, quibus luctator Iacob ad vitæ contemplatiæ possessionem ascendit?

Genes. 29.
26.Bern. ser.
46. in cōd.2. Thess. 3.
10.
Psal. 118.
104.

Sed prius Sancto Patriarcha Lia minus grata, ac minus formola, in coniugem data est, quām Rachelē pulchram, pro qua feruerat, & quam semper concupierat, in vxorem acciperet. Labiam ficeret, non sine tationis prætextu se excusante; quia nō est (inquit) in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.] Et similiter viro religioso prius actualis vita coniungitur, quām contemplativa diu desiderata copuletur. Prius ad fluctum pro peccatis commissis, ad mortificationem sui, ad uniuersarūque acquisitionem virtutum permutetur; & postea ad rerum diuinarum contemplationē incitat. Prius debet seipsum à fœditate imperfectionum remouere, & bonus a cōtibus, tamquam pretiosis vestibus exornare; & deinde poterit cubile regium ingredi, vt cupitis sancte dilectionis fruatur amplexis. Quod si quis à saeculo discedens & in statum religionis veniens, statim cupiat ad contemplatiæ vitæ delicias admitti, priusquam saeculares affectus cohibeant, & virtus inueterata mortificet; dicatur illi, quia non est in loco nostro consuetudinis, vt minores filias ante tradamus ad nuptias. Nos spiritu diuino directi, atque Ecclesia legibus gubernati, non confueuimus ad quietem orationis, & contemplationis admittere, quos labor mortificationis non examinat, & vita pura, atqui illibata non approbat. Quare sapienter Bernardus. En fortè appetis & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tantum ne obliuiscaris flores, quibus lectulum sp̄s̄la legis affpersum. Ergo cura & tu, tuum similiiter circundare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tamquam flore fructum, sanctum otium praeuenire. Alioqui delicato sati orio dormitare voles, si non exercitatus quiescere appetas, & Lia fecunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & praeterius ordo est ante meritū exigere præmium, & ante labore sumere cibum, cūm dicat Apostolus: Quoniam laborat, non manducet.] A mādatis tuis intellexi (inquit) vt scias nisi obedientia mandatorum contemplationis gaſtum penitus non deberi. Non igitur putes de proprie amore quietis, sancta obedientia a cōtibus, seniorum traditionibus præiudicium vilatenus faciendum. Alioqui nō dormiet tecum sponsus in lecto vno, illo præfertim, quem tibi pro obedientia floribus, sicutis, atque virtutis inobedientia affpersisti. Propter quod non exaudiet orationes tuas, vocatūque non veniet. Nec enim dabit inobedienti copiam sui tantus obedientia amator, vt mori quām nō obedere maluerit. Haecenus ille.

Iustum duarum vitarum ordinem, quem infra magis enodabimus, non solum Lia, & Rachelis docet historia, & sanctarum religionum approbat cōfessio, verum etiam Domini internum testatur aliquid. Solet enim Dominus, quos in contemplationis gratiam videt nimis propensos, nunc decolationibus affligere, nūc ariditate cordis impetrere, nunc in ipso orationis tēpore benignissimè in opera mor-

A tificationis inclinate, vt sciant se prius pro Lia labore debere, vt ea in coniugem accepta, ad Rachelis dulcedine, suavitatemq; perueniant. O quoties ego in mea paupertate lum istam Domini legē expertus saepe enim quadam sancta meditatio inflammatus, quietem mētis meæ, tranquillitatēmque cupiebam diuinam lucem ad contemplandum appetebam, & ardentissimam mei creatoris dilectionem suspirabam. Et nescio quomodo dicebatur mihi: Vbi est humilitas vbi est mansuetudo? vbi est obedientia? vbi aspernatio tui? contemptus facultas expectatio omniū terrenorum? Ita quære, ita postula, pro istis elabora: & postea ad contemplationis gratiam admitteris. Gaudet autem hanc experientiā meam (ne illudar) in magno contemplatore Richardo reperiisse. Quæadmodum (inquit) Lia supponitur, dū Rachel speratur, facile recognoscunt, qui hoc quām sāpe contingat, nō tam audiēdo, quā experiendo didicerunt. Sāpe contingit, vt animus antiqua conuersationis fōrdibus minus mundatus, & ad cælestē cōtemplationem nondum idoneus, dum se in cubiculo Rachel collat, dum se in eius amplexus totum parat, dum illam iam sese tenere putat, subito, & inopinatē inter amplexus Lia se cōle deprahēdat. Quid enim Scripturam sacram, nisi Rachel cubiculum dicimus, in qua sapientiam diuinam, sub decenti allegoriarum velamine latitatē nō dubitamus? In tali cubiculo Rachel tories quæritur, quoties in lectione sacra spiritualis intelligētia indagatur. Sed quamdiu adhuc ad sublimia penetranda minimē sufficiimus, diu cupitam, diligenter quæsitam Rachel, nōdum inuenimus. Incipimus ergo gemere, suspirare, noltram cætitatē non solum plangere, sed erubescere. Dolētibus ergo nobis, & querentibus, vnde hāc cætitatem meruimus, occurrant mala, quā fecimus. Quinimō ipsa diuina lectio, nobis nolētibus, & aliud quiddam in ea molentibus, fœditatem nostram frequenter ingerit, & corda nostra in eius consideratione compūgit. Quoties ergo in diuina lectione pro cōtemplatione cōpunctionē reperimus, in cubiculo Rachel, nō ipsam, sed Liā nos inuenisse nō dubitemus.] Impleamus ergo hebdomadā dierum huius copulæ, q; uia vita aetiuæ, eiusq; occupationi laboriosæ coniungimur. & Rachel quoque dabitur nobis pro opere, quo servituti sumus Domino septem aliis annis. Neque enim contemplatiū istam in sponsam accipiunt, vt omnino quiescant, & ab externis laboribus se questrant, sed ut quāli milites denuo ad prælium accedentes, robustius aduersus dæmones pugnant, & in aliis vitia, atque in se ipsi imperfectionum reliquias profligare feliçinent. Si enim acquieuerimus huic placito, Rachel dīcēmus uxorem, & potius nūpius optatis sine dubio amorem huius priori præremus, pro qua, ne scilicet auferatur a nobis, libēter seruimus septem, imò, & innumeris annis aliis.

E Sed alias huius imaginis partes meditemur, videbimusque perfectionem vitæ aetiuæ, & cōtemplationis gradum, majorētque virtusque amplitudinem, atque præstantiam. Lia namque concipit, nō vnum tantum, sed plures filios, nō abiectos, vt Phenena, sed illustres, & nominatos, qui populi Dei patres, & duces habeantur. Hoc vero magna perfectione actionis est, plures filios Christo generare, eosque in virtutis perfectionem attollere, & non pusillos spiritu derelinqueret. Gloriosius fuit Ambroſius vnum Augustinum convertisse, quām plures alios inferioris note ad fidem suis disputationibus pertraxisse, ita multo rarer glorioſius aliquos ad virtutem allicere, ad perfectionem euhere, ad veram puritatem euocare, quām plūimos, qui vitā cōmūnem sectantur, & iā

cadunt,

Richar. in
Benta. mi-
nor. c. 4.

Psal. 111.
9.

Psal. 44.
17.

Genes. 30.
1.

Genes. 30.
3.

Augu. in
Famili. c.
16.

Rich. Be-
ni. minor.
c. 29.

cadunt, iā resurgunt, aliquali notitia Catholica reli-
gionis imbuere. Iltis cōpetit illa laudatio: Dispersit,
dedit pauperibus, iusticia eius manet in sēculū sē-
culū.] Quia in pauperes, hoc est, in homines virtutis
indignos elemosynas spirituales effundūt. Illis ve-
rō conuenit alia eiusdem p̄falmistae laus, quae multo
maior est, atque p̄stantior. Pro patribus tuis nati
sunt tibi filij, cōstituit eos principes super omnem
terram. Nam filios Deo generant, qui patribus anti-
quis virtute sunt similes, qui possunt populo Dei
præfici, & greges animarū gubernare. Rachel verò
cermens, quod infecunda esset, inuidit sorori sue, &
ait marito. Da mihi liberos, alioquin moriar.] Istud
etiam magna est perfectio cōtemplationis, cum sci-
licet anima, ita igne diuinī amoris flagrat, ut non sola
velit suum creatorem diligere, sed omnes cupiat
ad eius amorem, & obsequium reuocare. Non vult
sola deliciis affluere, non vult sola dono puritatis a-
bundare, non vult sola in sanctam Sio, in ciuitatem
cælestem admitti; sed alios curat secum deducere, &
bonorum, qua possidet, cupit esse confortes. Quis
non hic videat charitatem perfectam, non quidem
parcam sed liberalem, non angustam sed amplam,
quæ alios querit, inter quos sua bona distribuat?

Vtraque soror, quo tempore filios non edit (qua
vna sterilis est, & altera concipere, & parere desuit)
ancillas querit, quæ vtriusq; nomine liberos ex ma-
rito concipiatur. Vnde Rachel ait viro suo: Habeo
famulam Balam, ingredere ad illam, ut pariat super
genua mea, & habeam ex illa filios.] Et rursus Lia
sentiens, quod parere desisset, Zelpham ancillam
suam marito tradidit. Facile est hic actiua, & cōtem-
platiua vita considerare profectum. Nā contemplatiua
ancillam suam, id est, turbam affectuum suorum
cohibet, & recta appetendo, cælestiā cogitando,
Christo subiicit, vt ex eo intelligentias spirituales
concipiat. Et actiua quoque seruam sibi datam, scilicet
donorum naturalium copiam, qualia sunt, scientia,
eloquentia, tractādorū negotiorū dexteritas;
non iam sibi ipsi, sed Christo cōsecrat, & promptissi-
ma voluntate submittit. Ex hac copia donorum filios
suscipit, dū his, & similibus donis, non ad fastū,
& ambitionem vtitur, sed in Dei honorem, & ani-
marum salutem impendit. Filius quidā Lia egressus
in agrum mandragoras tempore mēllis triticea re-
petit, matr' iue tradidit, quas Rachel videns petit,
& annuente Lia accipit, atque p̄ illarum desiderio
coniugis sui intermitit amplexus. Et hic non modi-
cam perfectionem video. Si enim filius actiua vita
est bonum opus, & mandragoræ (vt ait Augusti-
nus, & Richardus Victorinus) honorem, ac famam
designant, quid est, Liam mandragoras Racheli
cōmittere, nisi actionem, appetitum laudis, ut ipsum
moderetur, & comprimat, considerationi subiiceret?
Et quid est Rachelem pro mādragoris se mariti pri-
uare complexu, nisi vitam cōtemplatiuam pro mor-
tificatione vani honoris, & inanis gloriæ conculca-
tionem, que meditatione tanta vanitatis dignitat, in-
terior alias meditationes altiores rerum diuinarum
omittere? Itaque actio in hoc magnæ perfectionis
præbet insigne, quod laudem humanæ ex bonis ope-
ribus ortam, rationi, & affecti contemnendam tra-
dit; & contemplatio in hoc suam circumspitionem,
& prouidentiæ ostendit, quod pro recta in bonis
actionibus intentione seruanda, inanitatem mundanarū
rerum considerat, & aut mysteriorum Christi,
aut diuinarum perfectionum intuitum intermitit.
Lia, datis mandragoris iterum incipit parere, & non
semel, sed ter parit, & Rachel quoque ablato steri-
litatis opprobrio, iā fecundatur, & parit. Quia pro-

A strato appetitu laudis humanæ, actio valde vtilis
proximis esse conspicitur, & summi Dei gloria, pro-
fectu proprio, & proximorum salute tribus fructibus exornatur. Nec non & Rachel, Ioseph ac Ben-
jamin mater efficitur, quia oratione, ac desideriis fi-
lium dexteræ, id est, prosperum euentum, proximis
ad Deum redeuntibus impetrat, & salutis eorum
gignit augmentum.

Ecce quomodo vtraque vita secunda est, vna la-
borando; altera orando, & vtraque affectu intentio-
nis purissimæ, diuini numinis gloriam quærendo.
Denique Rachel consentiente Lia (vt Gregorius
Nazianzenus insinuat) patris idola surripit, & absco-
dit, non vt seruet, sed vt delectat. Et hoc etiam huius
duplicis vita magna perfectio est. Nam per patrem,
mundum ipsum; per idola verò inanis affectus, &
terrenas cogitationes accipimus. Et quid amplius ab
actiua vita potest exquiri, quād quod ia laboret, vt
curas atque inquietudines cohibet, consentiat? Et
quid nobilis contemplatiua valet præstare, quād si
eisdem inquietudines ferè omnino cohibeant; & in-
ter occupationes externas animum tranquillum, &
pacatum conseruer? Et quidem (vt mihi videtur)
istum vtriusque vita profectum, insignis Nazianze-
ni expositor Nicetas, in hunc modum exposuit. La-
babant itaque mundus hic commodè dici queat; idola
autem, eius foedæ & perturbatae cogitationes, a ter-
renæ rerum imagines. Quare si quis hunc mundum,
vt patrem amauit, ac deinde per actionem, & con-
templationem Christo adiunctus, mundum propter
vitæ consuetudinem, cum Christo initam, abiurare
velit, ille patris idola surripit, id est, turpes & crassa
rerum species, quas mūdus obiicit, ab anima expel-
lat, ac primū quidem virtutis fecunditati eas subii-
ciat, (quandoquidem & Rachel sellæ, qua sedebat,
idola supposuit) postquam autem ex diuturno labo-
re in comprehendendis affectibus exhausto, ad animi
tranquillitatem, aut cognitionem peruenierit, tunc
demum vtirosa impressio, hoc est, cogitationes,
proflus, euellat, ac de medio tollat.] Quādo ista vi-
ta tantam mentis tranquillitatem sunt adepta, vt
nec actiua sollicititudinibus distrahatur; nec contem-
platiua cogitationibus vanis turbetur; facile imper-
fectionem actionis, & temponi orationis vitabunt.
Hæc enim inde oriū solent, quod homo curis lace-
ratus, & veluti discilius, in eo quod nunc agit, cor li-
berum, & Deo puritate intentionis iunctum, habere
non valet, & inanibus cogitationibus obscuratus,
mentem perfectè ad Deum levatam tenere non po-
test.

Greg. Na-
zian. 2. o-
rat. in Paf-
ch.

Nicetas
ibidem.

De quarta imagine vita actiua, & con- templatiua.

CAPVT XVII.

SE nōdum est omnino exposita hu-
iūs duplicis vitæ perfectio, quia vetus
lex minus polita, atque perfecta, non
potuit actionis, & contemplationis
absolutionem depingere: & debuit
tamquam nouæ legis discipula, quo! summum ac
perfectissimum est vtriusque vitæ, nouo gratiæ te-
stamento figurandum reseruare. Omnes enim illæ
malieres, quarum hucusq; gesta retulimus, suas
cogitationes, curas, & labores in creaturis colloca-
runt, & homines concupierunt, hominib[us]que fer-
uerunt. Vnde vitæ actiua & cōtemplatiua eatenus
imagines esse videtur, quatenus, aut bene erga crea-